

in epistolam ad Ephesios II

in christo ab ipso deriuuntur in membra ecclesie et perficiantur in eis. **A**nde subdit. **Q**ui oia in omnibus adimpletur felicitate dum hunc quidem est membrum ecclesie facit sapientiam perfectam sapientiamque est in ipso. illu vero iustum est in perfecta iustitiam sic de alijs.

Lapitulū secundū.

Evos cū essetis mortui delictis et peccatis vestris in quibus ali quando ambulastis scđm seculū mundi huius: scđm principē potestatis aeris huius: spiritus qui nunc operatur in filios dissidentie: in quib⁹ nos ali quando conuersati sumus in desiderijs carnis nostre faciētes voluntatē carnis et cogitationū: et eram⁹ natura filij ire sicut ceteri. Supra enumerauit apostolus beneficia humano generi per christū cōmūniter exhibita: hic apostolus cōmemorat eadē per comparationē ad eōū statū preteriti. **Sicut** autē eoz preteritus duplicit p̄siderari potest. **P**er me quidē quantū ad statū culpe. **S**ecundo quantū ad statū gentilitatis eoꝝ. Apostolus ergo duo facit. quia p̄ me cōmemorat beneficia quātū ad prīmū statū eis exhibita. **S**ecundo cōmemorat ea per comparationē ad statū secundū ibi. Propter quod memores estote tc. **P**rima itex in duas. quia primo recitat apostolus statū culpe ipsoꝝ. **S**ecundo beneficiū gratie iustificationis ibi. Deus autē qui diues est tc. **P**rima itex in duas. q̄ p̄ me cōmemorat statū culpe quantū ad gentiles. **S**ecundo quantū ad iudeos ibi. In quibus et nos omnes tc. **P**rima itex in duas. quia primo premittit beneficiū generalitatem. **S**ecundo subdit huius necessitatis ibi. **Cum** effētis mortui tc. **Dicit** ergo. Dico q̄ deus magnifice operatur in fidelibus sīm operationē potentie virtutis eius quā operatus est in christo: et hoc q̄ suscitauit illū moribus. **S**ed in hac operatione ad huius operationis exemplū coniūticauit nos vite scilicet gratie de morte peccati. **Osee.** 6. **J**ustificauit nos post duos dies in die tertia suscitabit nos tc. **Col.** 3. **S**i consurrexisti cū christo que sursum sunt tc. **N**ecessitatē vero huius beneficiū ostendit cum dicit: **Cum** effētis mortui tc. **A**b optimis describit eoz culpam. **N**am quantū ad multitudinem quia cū effētis mortui scilicet morte spirituali que pessima est. p̄s. **D**ors peccatorum pessima. Peccatorū enim mores dicitur. quia per ipsum humo a deo qui est vita separat. **Johan.** 1. 4. **E**go sun via veritas et vita. **D**ormit inquit in delictis et peccatis vestris. **E**cce multitudo. In delictis quidem quantū ad obmissa. p̄s. **D**elicta quis intelliget tc. **A**t peccatis quantū ad comissa in quibus aliquando ambulastis. **Q**uod ideo dicit ut multitudinē peccatorū exaggeret. **N**am aliquis si ad horā mortui sunt in peccatis et in delictis. cessant tamē aliquando et peccare desistunt sed isti de malo in peccatis precedentes et ambulantes proficiebant. **S**imile habet **Phil.** 3. Ulti enim ambulat quos sive dicebā vobis: nunc autē et flens dico. **Jer.** 2. Ambulauerunt post vanitatem suā et vani facti sunt. **S**econdo quantū ad caulam que ponit duplex. Una ex parte huius mundi qui alliciebant a rebus mundi. et quantū ad hoc dicit. **S**ed in seculū mundi huius id est finē seculū rem vitā rerū mundanarū que vos alliciunt. **I**. **Johan.** 2. **S**i q̄s diligit mundū non est charitas patris in eo. Propter quod premittit. **M**olite diligere mundū. **A**lia causa est ex parte demonū quibus seruiebant: de quib⁹ dicitur **Sap.** 14. **I**n fandoz idoloz cultura omnis mali cui

Sed et initio. **E**t quantum ad hoc dicit. **E**t secundum principem potestatis. **Q**uia quidem causam describit tripliciter. **P**rimo quidem quantum ad potestatem dicens: **S**icut principem potestatis. id est potestatem exercentem, non qui habeat eas naturaliter: cum nec dominus nec creator sit ex natura sed in quantum dominata hominibus qui se ei peccando subiecti sunt. **J**oban. 12. **N**unc princeps huius mundi et in me non habet quicquam. **S**ecundo quantum ad habitacionem. quia aeris huius id est qui habet potestatem in hoc aere caliginoso. **C**ubi scendum est quod de ipsis demonibus duplex est opinio apud doctores. **Q**uidam enim dixerunt demones quae cederunt non fuisse de supremis ordinibus, sed de inferioribus qui presumunt corporibus inferioribus. **M**onstrat autem tota creatura corporalem administrari a deo ministerio angelorum. **E**t hec est opinio Johannis damasceni scilicet quod primus eorum qui cederunt preerat ordinis terrestrii quod forte sumptuosa est ex dicto platonis qui ponebat quasdam substantias celestes seu mundanas. **E**t secundum hoc exponentur hec quod dicit aeris huius id est ad hoc creati ut presiderent aeri huius. **A**lii vero volunt et melius et fuerint de supremis ordinibus ita quod hoc quod dicit aer est esse habitacionem ipsorum in persona eorum. **A**nde iudas in sua canonica dicit. angelos vero qui non seruauerunt suum principatum sed vere liquerunt suum domiciliis in iudicio dei magni vincul eternis sub caliginem reseruauit. **R**atio autem quare non statim post eorum casum retrorsi sunt in infernum sed dimittuntur in aere est quia deus noluit quod ipsis peccantibus eorum creatione totaliter frustraretur. ideo dedit eos hominibus in exercitu quo bonis preparant coronas: malis autem eternas mortes. et quia vires ad die iudicij sunt nobis tempus bellum et merendi. ideo vires tunc in aere permanebunt. post diem vero iudicij retrorsum in infernum. **A**duertendus etiam quod una littera habet spiritus: sic est genitus causa et posse mutare singulare pro plurali. **Q**uasi dicat spiritus: Aliq[ue] littera habet spiritum et tunc est accusatiui casus. ut dicatur enim principem spiritum id est qui principes est spiritus. **T**er etiops ad operationem ibi cum dicit. Qui nunc operatur in filios dissidentie id est in illos qui a se repellunt fructus passionis christi qui erant filii dissidentie. **A**et quod de eternis non habent fidem nec spem salutis per ipsum. **E**t in talibus princeps potestatis aeris huius libere operatur diversus quo vult. de quibus infra. 4. dicitur. **Q**ui desperantes semetipos tradiderunt ipudicitie in operationem imunditudinem. **A**et dissidentie id est de quibus eis est dissidentia id est qui ex malitia peccant. in quibus princeps huius mundi etiam operatur ad nutum. **D**e his enim quod ex ignorantia et infirmitate peccant non est dissidentia nec in eis princeps iste operatur ad nutum. **S**ed contra de nemine est desperandum quodcumque vivit. **R**espondeo dicendum est quod de aliis qui potest esse duplex spes. **A**na ex parte hominis. alia ex parte diuina gratiae. **E**t sic de aliquo potest desperari ex parte sua: de quo tamquam desperandum non est ex parte dei. si de sperandis erat de lazaro iacente in sepulchro et refugeatur ex parte sua: de quo tamquam desperandum non erat ex parte dei a quo refusatus est. **D**e illis ergo ex malitia sunt multus in peccatis dimersi si attendatur eorum virtus desperari potest. **I**nfixus sum in limbo profundi et non est substantia. **N**on tamquam si attendatur virtus diuina. **D**e istis autem filiis dissidentie dicit infra. 5. **M**emo vos seducat inanibus verbis. Propter hoc enim venit ira dei in filios dissidentie. **D**einde cum dicit In quibus et nos omnes tecum. **C**onmemorat apostolus statu culpe quam ad iudeos ostendens eos omnes in peccato fuisse in illud Ro. 3. **C**ausati sumus iudeos et grecos omnes sub peccato esse. Attendenda est tamquam

Explanatio sancti Thomae

differentia circa hoc, quia apostolus agens de culpa genitili assignauit duas causas culpe fuisse. Una scilicet ex parte mundi, alia ex parte demonum quos colebat. Quia ergo iudei erant similes gentilibus in statu culpe quantum ad primam causam, non autem quantum ad secundam, ideo apostolus non facit mentiones de culpa eorum nisi quantum ad causam que est ex parte mundi. Circa quod tria facit. Primo commemorat eorum culpam quantum ad peccatum cordis. Secundo quantum ad peccatum operis. Tertio quantum ad peccatum originis. Peccatum vero cordis insinuat per desideria carnis, et quantum ad hoc dicit. In quibus scilicet peccatis et deliciis nos omnes scilicet iudei aliquando conuersati sumus agentes vitam nostram in desideriis carnis nostre id est carnibus. Tercio. 3. Eramus enim aliquando et nos insipientes et increduli: errantes et seruientes desideriis et voluppatibus varijs etc. Bo. 13. Carnis curam ne feceritis in desideriis. Peccatum vero operis insinuat etiam dicit. Facientes voluntates etc. Peccatum enim operis nihil aliud est quam expressio interioris concupiscentie. Et autem quedam concupiscentia carnis: sicut sunt concupiscentiae naturales, pura cibis per quam conservant indumentum: et veneriorum quibus conservatur species. et quantum ad hoc dicit. Facientes voluntates carnis, id est ea in quibus caro delectat. Rom. 8. Qui autem in carne sunt deo placere non possunt. Quemadmodum vero est concupiscentia cognitionis eorum scilicet que non venit ex desideria carnis sed ex ipso appetitu anime vel honoris ambitione et proprie excellentie et huiusmodi. Et quantum ad hoc dicit. E cogitationis id est exequentes illas concupiscentias que causantur ex instinctu cogitationum nostrarum. Peccatum vero originis insinuat dicitur. Et eramus natura filii ire. Quod quidem peccatum ex primo parente non solum in gentiles: sed etiam in iudeos transfunditur. Bo. 5. Sicut per unum hominem in hunc mundum peccatum intravit et per peccatum mors, ita et in omnes homines mors pertransiuit in quo omnes peccauerunt. Et si homines per baptismum mundantur ab peccato originali solum quantum ad personas, proprias unde generant filios baptizandos ita circuncisio mundabat ab originali personis, non solum sed generabant adhuc circuncidendos. Et hoc est quod dicit. Erat natura id est per originem nature. Non quidem nature vel natura est, quia sic bona est et a deo: sed nature vel virtutem est filii, id est vindicare pene et gehenna. et hoc sicut ceteri id est gentiles.

Lectio secunda.

Deus autem qui diues est in misericordia propria nimia charitate suam qua dilexit nos: et cum essemus mortui peccatis: coniunxit nos in christo cui gratia estis saluati et conresuscitauit et consondere fecit in celestibus in christo iesu: ut ostenderet in seculis superuenientibus abundantes diuinitas gratie sue in beatitudine super nos in christo iesu.

Postquam exaggerauit apostolus statu culpe insufficientis: hic commendat beneficium gratie iustificantis. Circa quod duo facit. Primo ipsum beneficium ponit. Secundo seipius exponit ibi. Gratia enim estis etc. Beneficium autem illud describit quantum ad tres causas. Primo quantum ad causas sufficientes. Secundo quantum ad causam formalem. Tertio quantum ad causam finalē. Sufficiens autem causa beneficij diuinum iustificantis est charitas dei. Et quantum ad hoc dicuntur. Deus autem qui diues est in misericordia propter nimiam

charitatem. Dicit autem propter nimiam charitatem, quia dilectionis diuine possumus considerare quadruplicem beatitudinem et efficientiam. Primo quia nos in esse perdixit. Sap. 11. Diligit enim omnia que sunt et nihil odit eorum que fecisti te. Secundo quia ad ymaginem suam nos fecerit et capacies beatitudinis sue. Deut. 33. Quia eo sanctorum missa in dextera illius ignis lex dixit populus omnes sancti in manu illius sunt. Tertio quia homines per peccatum cor ruptos reparavit. Iere. 31. In charitate perpetua dilexit ideo te. Quartio quia pro salute nostra filium proprium dedit. Ioban. 3. Sic deus dilexit mundum et filium suum, vniigenitum daret. Unde gregorius. Inestimabilis dilectio charitatis ut servum redimeres filium tradidisti. Dicit autem qui diunes est in misericordia, quia cum amor hominis causatur ex bonitate eius qui diligitur: tamen homo ille diligit ex iustitia in quantum istum est et taliter amerit. Quando vero amor causat beatitudinem in dilectione, tunc est amor presentis et misericordie. Amor autem quo deus amat nos causat in nobis beatitudinem, et ideo misericordia ponit hic quasi radix amoris diuinorum. Isa. 63. Largitus est in eis misericordia et in multis multitudine misericordiarum suarum. Ibidem. Multitudine misericordiarum tuorum et miserationum super me. Dicit autem deus diunes in misericordia, quod habet eam infinitam et ineficiens: quod non habet homo in tribus enim homo miseretur cum termino et limitatione. Primo quidem largiendo beneficia temporalia, et hec misericordia est finita non excedens limites propriæ facultatis. Job. 4. Quod potueris ita esto misericors. Sed deus diunes est etiam in omnibus qui inuocant illum ut dicitur. Bo. 10. Secundo est finita misericordia hominis, quod non remittit nisi offensas proprias: et in hoc etiam modus esse debet ut scilicet non sic passim remittat ut ille cui remittit efficiat procurator prius et facilior ad iter descendendum. Eccl. 8. Tertium quod non perficit eum contra malos sententias ab initio timore vilis filii hominum perpetrant mala. Deo autem nihil nocere potest, et ideo potest omnem offenditam remittere. Job. 35. Si peccaueris quid ei nocebis? Et parsrum post. Horro si uult egeris quid donabis ei? Tercio homo miseretur penam remittendo et in hoc etiam est modulus seruandus scilicet ut non facias contra legis superioris iusticiam. Deus autem penam omnium remittere potest: cum non astringatur aliqua superiori lege. Job. 34. Quem constitutum alium super terram et quem posuit super orbem quem fabricatus est. Sic ergo misericordia dei est infinita: quia non coartatur angustiis divitiarum: neque timore mortuorum restringitur: neque legi superioris. Quarta vero exemplaria beneficium est, quia in christo collata est. Et quantum ad hoc dicit. Cum essemus mortui peccatis coniuncti: ut nos Christus regnem. Abi tangit triplex beneficium, scilicet instantiationis resurrectionis a mortuis: et ascensionis in celum per que tria christo assimilantur. Dicit ergo quantum ad primum ut legatur littera super pensum. Deus autem qui diunes est etc. Cum essemus mortui peccatis coniuncti: ut nos Christus. Id est simul uiuere facit cum Christo. Eccl. 6. Si usque ad nos post duos dies etc. Coniunctio facit in quantum hic scilicet per vitam iusticie, post. Qui posuit animam meas ad vitam, et hoc in Christo id est per gratiam Christi, cuius scilicet Christus gratia estis saluati. Bo. 8. Spe enim saluti facti sumus. Quantum vero ad secundum dicitur. Et coniunctio facit nos cum Christo in re et spe quantum ad corpus. Bo. 8. Qui suscitauit ipsum a mortuis uiuificabit et mortalia corpora nostra etc. Quintum vero ad tertium dicitur. Et consondere fecit in celestibus in Christo Iesu scilicet nunc per spiritum et tandem in futuro in re, quia ut dicitur Ioban. 12. Ego sum illic et minister meus erit etc. Ita Apoc. 3. Quis vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut et ego

in epistolam ad Ephesios II

Vici et sedi cui patre meo in throno eius. Atque autem in his apostolis perito, pro futuro enunciavit tanquam iam factum quod futurum est pro certitudine spei. Sic ergo conuiuimus cauit quantia ad animam tandem resuscitabit quantum ad corpus. concedere fecit quantia ad vitum. Quod sequentem eum dicit. Et ostenderet tecum. Ostendit causam finales collati beneficij. quod quidem potest duplicitate legi. quia secula superuenientia vel possunt accipi in vita ista vel in vita futura. Si enim accipiantur in vita ista tunc seculum est quedam mensura temporis et periodus vienii generationis ut dicatur sic. Dico quod nos qui sumus primiti dormientium conuiuimus in Christo: et hoc non ostenderet in seculis superuenientibus id est in his qui futuri sunt post nos abundantes diutinas gratiae sue. hoc non meritis nostris: sed bonitate sua que est scilicet sibi nos in Christo Iesu id est per Christum Iesum. Ibi. 1. Iesus Christus venit in hunc mundum peccatores salvos facere: quod primus ego sum: et id misericordiam consecurus sum: ut in me ostenderetur Christus omnem patientiam ad informationem illos qui creditur sunt illi in vitam eternam. Sic ergo deus largitus est sanctis participantibus multitudinem sanctorum participantium eternitatem. et dicantur ibi tot seculis quorū sunt eternitates particeps. De his seculis dicitur in psalmis. Regnum tuum regnum omnium seculorum. Dicit ergo hunc sensum. dico quod vivificauit nos in spe scilicet per Christum vel in gratia: et ostenderet in seculis superuenientibus id est in alia vita cōpleret abundantes diutinas gratiae sue. id est abundantem gratiam quam erat in hoc mundo dum multa dimittit peccata et maxima dona concedit. dicit. Que quidem superabundat in vita alia. quia ibi indeficieret habet. Job. 10. Ego veniam et vita scilicet gratie habeant in hoc mundo et abundantem habeat scilicet glorie in patria. Et hoc in bonitate sua. psalmus. Quam bonus Israel deus. Tren. 3. Bonus est dominus sperantibus in eum: anime querenti illum. Et hoc supra nos. id est supra nostrum desiderium supra nostrum intellectum: supra capacitatem nostram. Ilsa. 64. Culus non vidit deus ab aliis te que preparasti expectantibus. Et hoc in Christo Iesu id est per Christum quem sicut gratia nobis conferitur per Christum: ita et gloria que est gratia consumata. psalmus. Gratia et glorias dabit dominus. Per ipsum enim beatificatur per quem iustificamur. Dicit autem. Et ostenderet. quia thesaurus gratiae in nobis est occultus: quia habemus ipsum in vasis fistulis: ut dicit. 2. cor. 4. 7. 1. Job. 3. Videamus qualiter charitate dedit nobis pater ut filii dei nominemur et simus. Et parvum post. Hunc filius dei sumus et nondum apparuit tecum. Sed ille thesaurus occultus quia nondum apparuit in seculis superuenientibus ostendet. quia in patria oia erunt nobis aperta: que ad manifestam sanctorum gloriam pertinet. Ro. 8. Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que reuelabili in nobis.

Lectio tertia.

Gratia enim estis saluati per fidem et hoc non ex vobis. Dei enim donum est non ex operibus: ut ne quis glorieatur. Ipsius enim sumus factura creati in Christo Iesu in operibus bonis: que preparauit deus ut in illis ambulemus. Supra commemorans apostolus beneficiū dei quo libera

ti sumus a peccato interposuerat et gratia Christi eram saluatus. nunc autem illud probare intendit. Circa quod duo facit. Primum enim ponit intentionem suam. Secundum manifestat propositum ibi. Et hoc non ex nobis tecum. Dicit ergo primo. Bene dixi cuius gratia estis saluati. Et certe adhuc dico secure. Nam pro qua estis saluati gratia. 1. cor. 15. Gratia dei sum id quod sum. Ro. 3. Justificari per gratiam ipsius. Idem enim est saluari et iustificari. Salus enim impetrat liberationem a periculis. Unde perfecta salus hominis erit in vita eterna quando ab omnibus periculis imunitus erit. sic natus dicitur esse saluata quando venit ad portum. Ilsa. 60. Occupabit salutem muros tuos et portas tuas laudatio. Huius autem salutis spem suscipiunt homines dum in presenti iustificantur a peccato. et in hoc dicuntur saluati esse secundum illud Ro. 8. Spe enim saluati sumus. Hec autem salutis gratia est per fidem Christi. Concupiscentia enim ad iustificationem impinguat simul cum infusione gratiae motus fidei in deus in adultis. Luc. 8. Ade in pace fides tua te saluum fecit. Ro. 6. Justificati enim ex fide pacem habeamus. Deinde cum dicit. Et non ex nobis tecum. Manifestat quod dixerat et primo quoniam ad fidem que est fundamentum totius spiritualis edificij. Secundo quoniam ad gratiam ibi. Ipsius enim sumus factura tecum. Circa prius excludit duos errores. quorum primus est quia dixerat et per fidem sumus saluati. posset quis credere et ipsa fides esset a nobis. quia credere in nostro arbitrio constitutum est. Et ideo hoc excludens dicit. Et hoc non ex nobis. Non enim sufficit ad credendum liber arbitrii. eo quod ea que sunt fidei sunt supra rationem. Eccl. 3. Multimoda supra sensum hominis ostensa sunt tibi. 1. cor. 2. Quae deinde sunt nemino nouit nisi spiritus dei tecum. Et ideo quod homo credit hoc non potest esse se habere nisi deus det. secundum illud Sap. 9. Sensum autem tuum quis sciet nisi tu dederis sapientiam et misericordiam tuum de altissimis. Propterea quod subdit. Dei enim donum est scilicet ipsa fides. Ibil. 1. Nobis autem donum est pro Christo non solum ut in eum credatis: sed etiam pro eo patiamini. 1. 1. cor. 12. Alij enim datur fides in eodem spiritu. Secundo excludit alium errorum. Posset enim aliquis credere et fides daretur nobis a deo merito operum precedentium. et ad hoc excludendum subdit. Non enim ex operibus scilicet precedentibus hoc donum meruit alii. quandoque et salutem sumus: quoniam hoc est ex gratia ut supra dicitur est secundum illud Ro. 11. Si autem gratia iam non ex operibus. alioquin gratia iam non est gratia. Deinde autem ratione quarum deus saluat homines per fidem absque meritis precedentibus. Utne quis glorieatur in seipso: sed tota gloria in deum referatur. psalmus. Non nobis domini non nobis tecum. 1. cor. 1. Ut non glorieatur omnis caro in conceitu eius. ex ipso autem vos estis in Christo Iesu. Deinde cum dicit. Ipsius enim sumus factura sumus tecum. Manifestat quod dixerat quoniam ad gratiam. Circa quod duo facit. Primo manifestat gratiae infusionem. Secundo declarat gratiae distributionem ibi. Que preparauit deus tecum. Duo autem ad rationem gratie pertinent que etiam latenter sunt. quod prius est. ut id quod est per gratiam non insit homini per seipsum vel a seipso. sed ex dono dei. Et quoniam ad hoc dicit. Ipsius enim sumus factura sumus. quia scilicet quicquid boni non habemus non est ex nobis ipsius sed ex deo faciente. psalmus. Ipse fecit nos et non ipsi nos. Deut. 32. Nonne ipse est pater noster qui possedit fecit et creavit te. Et continuat immediate cum precedenti ut dicas. Ne quis glorieatur et scilicet ipsius factura sumus. Ut potest continuari cum eo quod supra dixerat. Gratia enim saluati sumus. Secundo pertinet ad rationem gratie ut non sit ex operibus precedentibus et hoc exprimitur in hoc et subdit. Creatura. Est enim creatura aliquid exhibilo facere. Unde quando aliquis iustifi-

Explanatio sancti Thome

estur sine meritis precedentibus dici potest creatus est ex nihilo factus. Hec autem actio scilicet creatio iusticie sit virtute christi spiritus sancti dantis. Propter quod subdit. In christo iesu id est per christum iesum. Sal. v. 10. In christo iesu neque circumcisione aliquid valeret neque prepucium: sed noua creatura. p. 5. Emittit spiritum tuum et creaturam. Alterius non solum datur nobis habitus virtutis et gratiae: sed interius per spiritum renouamus ad bonum operandum. Unde subdit. In operibus bonis: quia scilicet ipsa bona opera sunt nobis a deo. Isa. 36. Omnia enim opera nostra operatus es in nobis. Et quia quos predestinavit nos et vocavit scilicet per gratiam ut dicit. Ro. 8. 4. ideo subdit de predestinatione dicens: Quae scilicet bona opera preparavit deus. Nihil enim aliud est predestinatione quam pars pro parte beneficiorum dei inter quae beneficia computantur et ipsa bona opera nostra. Dicitur autem deus nobis preparasse in cunctum dispositum se nobis datum. p. 5. Parasti cibum illorum te. Sed ne aliquis intelligeret bona opera sic esse nobis preparata a deo: ut nihil ad illa per liberum arbitrium cooperaremur. ideo subdit. Ut in illis ambulemus. Quasi dicat. Sic nobis ea preparauit ut ea nos ipsi nobis per liberum arbitrium impleremus. Dei enim adiutores sumus ut dicuntur. I. cor. 3. 9. Propter quod dicebat de se ipso apl. I. cor. 15. Gratia eius in me vacua non fuit: sed abundantius omnibus laborauit. non ego autem habeo gratiam dei mecum. Signanter autem dicit Ambulemus. ut designet boni operis profectum finis illud. Job. 12. Ambulate dum lucem habetis infra. 5. Ut filii lucis ambulare.

Lectio quarta.

Dicitur quod memores estote et aliqui vos qui gentes eratis in carne quod dicebamini prepucium ab eo que dicitur circumcisione in carne manifesta: qui eratis illo in tempore sine christo alienati a conuersatione israel et hospites testamentorum promissionis spem non habentes et sine deo in hoc mundo. Hunc autem in christo iesu vos qui alii quando eratis loquefacti et sunt in sanguine christi. Profecto beneficio dei gentilibus exhibuit quoniam ad liberationem a peccato: hic recitat apl. plus beneficium eis exhibiti in liberatione a statu gentilitatis. circa quod duo facit. Primo commemorat conditionem status præteriti. Secundo recitat beneficia eis exhibita in statu presenti ibi. Hunc autem in christo iesu te. Circa primum duo facit. Primo commemorationis status præteriti ponit exhortationem. Secundo ipse metu status præteriti declarat conditionem ibi. Quia aliquando te. Dicit ergo. Propter quod ut scilicet adiuvertere possit: quia omnia sunt nobis data ex dei gratia memores estote. Deut. 9. Memento tamen ne obliuiscaris quoniam ad iracundiam provocaueris dominum deum tuum te. Deut. 16. Remineris diei egrediens tue de egypto omnibus diebus vite tue. Secundo cui dicit. Quia alii quando. Commemorat præteriti status conditionem. et primo quoniam ad mala que habebat. Secundo quantu[m] ad bona quibus priuabantur ibi. Qui eratis illo tempore te. Circa primum ponit tria mala. Primo gentilitatis crimen quo idolis seruiebant. cum dicit. Quia aliquando vos gentes eratis. I. cor. 12. Scitis quoniam enim gentes essetis ad simulachra muta put deucebamini euntes. Quidam vero libri habent. Vos qui gentes eratis. et tunc pender constructione visq[ue] ibi. Hunc autem in christo iesu te. Secundo recitat eorum carnalem conuersationem cui dicit. In carne id est carnaliter viventes Ro. 8. Qui autem in carne sunt deo

placere non possunt. Tertio recitat contemptus eorum vilipensionem qua a iudeis vilipendebantur. Unde dicit. Qui dicebamini prepucium id est in circumcisione ab ea scilicet circumcisione que dicitur circumcisione manifesta in carne id est a iudeis tali circumcisione circumcisionis. Et dicit manu scripta ad differentiam circumcisionis spiritualis: de qua dicit Col. 2. In quo circumcisionis estis circumcisione non manu scripta in exploitatione corporis carnis: sed circumcisione Christi. Et sequitur parum post. Nos cum mortui essetis in delictis et prepucio carnis vestre coniunctivitatem cum illo cordonans vobis omnia te. Deinde cum dicit. Qui eratis illo tempore te. commemorat bona quibus priuabantur. et primo participatione sacramentorum. Secundo dei cognitio ibi. Et sine deo in hoc mundo. Circa primum ponit tria sacramenta quorum participatione priuabantur. Primo christi dignitate. Unde dicit. Qui eratis illo tempore nomine christo: id est sine promissione christi: que facta est in iudeis. Iere. 23. Suscitabo dauid germen iusti te. Zach. 9. Exulta satis filia syon: iubila filia hierusalem. ecce rex tuus venit tibi iustus et salvator. Secundo tangit societatem sanctorum: qua priuabantur quoniam in generali permanebant cum dicit. Alij ati a conuersatione israel. quia scilicet iudei iudei cum gentilibus non erat licet conuersari. Deut. 7. Non inibis cum eis sedus: non miserebis eos: neque sociabis cum eis coniugia te. Job. 4. Non enim contumitur iudei samnitianus. Et quantum ad illos qui in iudeo recipiebantur contemplabiliter cum siebant proseliti. Unde subditur. Et hospites testamentorum. Qualiter dicit. Huiusmodi proseliti quando conuerterebantur ad iudeos et siebant proseliti. non sicut ciues sed sicut hospites recipiebant ad recipiendum testamento dei. Dicit autem testamento: quia iudei vetus testamentum erat exhibitus et nouum erat promissum. quia ut dicitur Eccl. 44. Testamentum suum confirmavit super caput iacob. Quod potest intelligi de veteri testamento. Promiserat enim deus dare aliud testamen[tum]. Baruch. 2. Statua illis testamentum alterum semper timet. Hoc autem reddidit illis quoniam ad optionem est filiorum dei gloria et testamentum. ut dicit Ro. 9. Ponit etiam aliud beneficium quo priuabantur scilicet spes futurorum bonorum cui dicit. Promissionis spem non habentes. quod ut de Sal. 3. Abrae dicte sunt promissiones et semi eius. Alterius ponit summam damnificationem qua damnificabantur scilicet dei cognitionem ibi. Et sine deo in hoc mundo id est sine cognitione dei. p. 5. Non in iudea deus. non autem notus gentibus est dicit. I. ch. 4. Non in passione desiderij sicut et gentes que ignorant deum quoniam intelligitur de cognitione que est per fidem. Nam de cognitione naturali dicitur. Ro. 1. Qui cum cognovissent deum: non sicut deum glorificauerunt te. Secundo sequenter cui dicit. Hunc autem in christo te. Commemorat beneficia eis exhibita in statu conuersatione per ipsum. Circa quod duo facit. quia primo ostendit quoniam facti sunt participes bonorum quibus ante priuabantur. Secundo ostendit quod ad illa bona non sicut hospites: sed sicut ciues recipiuntur ibi. Ergo non estis hospites te. Prima iterum in duas. quia primo commemorat huiusmodi beneficia in generali. Secundo in speciali ibi. Ipse enim est pars nostra te. Dicit ergo primo. dixi quod in illo tempore eratis sine christo alienati a conuersatione israel. Nam autem id est postquam conuersisti estis ad christum. vos qui estis in christo. id est qui ei adheritis per fidem et charitatem. I. Job. 4. Qui manet in charitate in deo manet: et deus in eo. Sal. v. 10. In christo enim iesu neque circumcisione aliquid valeretur prepucium: sed noua creatura. Vos inquit qui aliquando eratis loquebatis elongati a deo. non loco sed merito. p. 5. Longe a peccatoribus salus: et a conuersatione sanctorum et partici-

in epistolam ad Ephesios II

partione testamentorum. ut dictum est. Statim facti estis pro deo scilicet et sanctis eius et testamentis. **Esa.** 6. Filii tui de longe venient te. **Mar.** 8. Quidam enim ex eis scilicet gentilibus de longe venerunt scilicet de regione dissimilitudinis et statu gentilitatis. vos autem modo facti estis prope scilicet in sanguine christi id est per sanguinem eiusque vos christus attraxit. **Job.** 12. Ego si ex altatus fuero a terra omnia traham ad meipsum. Et hoc propter nimiam charitatem: que potissimum in morte crucis manifestatur. **Jere.** 31. In charitate perpetua dilexi te. ideo attraxi te miserans.

Lectio quinta.

Ipsa enim est pax nostra quod fecit vtraque unum et medium parietem macerie soluens inimicitias in carne sua: legem mandatorum decretis euacuans ut duos condat in semetipso in uno nouo homine facies pacem ut reconciliet ambos in uno corpore deo per crucem interficiens inimicitias in semetipso: et veniens euangelizauit pacem vobis qui longe fuitis et pacem his quod per quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrem.

